



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manuale Exorcismorum**

**Eynatten, Maximilien de**

**Antverpiae, 1626**

Exorcismus pro lacte.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40734**

tuis ad hominum vsum à te relictis & destinatis, cessent & tollantur omnes nequitiae & fascinationes eorum, & Angelus pacis & salutis hinc adfit, qui eos compescat, & hinc discedere cogat cum omnibus maleficiis. Per Christum Dominum nostrum.  
*Resp. Amen.*

*Deinde legat Euangelium S. Ioannis, In principio erat Verbum. ut supra, fol. 202.*

EXORCISMVS *pro lacte.*

**E**Cce Crucem ✠ Domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda, radix Daud. Exorcizo te creatura lactis in nomine Dei Patris omnipotentis ✠, & in nomine Iesu Christi ✠ filij eius Domini nostri, & in virtute Spiritus ✠ sancti, vt fias lac exorcizatum in salutem fidelium, & sis omnibus ex te sumentibus sanitas animæ & corporis, & effugiat atque discedat à te nequitia omnis ac versutia diabolicæ fraudis, omnisque nocendi facultas in te omni modo per ministros satanicos introducta.

*Alius* EXORCISMVS.

**E**Xorcizo te per illum qui sanctis Patribus, Abraham, Isaac, & Iacob, terram lacte & melle manantem repromisit, eandemque terram posteris eorum fideliter tradidit possidendam; ne eiusdem Dei & Domini nostri fidelibus seruis sis mali alicuius,

246 MANVALIS EXORCISMORVM  
nocumenti, morbi, infirmitatis, mœroris  
aut anxietatis occasio. Per eum qui ventu-  
rus est iudicare viuos & mortuos, & sæcu-  
lum per ignem. *Resp.* Amen.

EXORCISMVS *pro butyro.*

**E**Xorcizo te creatura butyri, per Deum ✠  
vium, per Deum ✠ verū, per Deum ✠  
sanctum, per Deum qui hominibus ab ini-  
tio pro sua bonitate ad vsus vitæ huius cor-  
ruptibilis butyrum de armento dedit & lac  
de ouibus: vt nihil in te loci habeat aduer-  
sariæ cuiuscumque virtutis operatio, nihil  
in te potestatis malitia satanæ, nihil ars dam-  
nata quorumuis vtriusque sexus illi impia  
ac nefaria societate adhærentium, vt quouis  
modo substantiam tuam minuant vel cor-  
rumpant, vel quacumque ratione homini-  
bus noxiam reddant: præstante illo & ser-  
uante, qui venturus est iudicare viuos &  
mortuos, & sæculū per ignem. *Resp.* Amen.

*Alius generalis* EXORCISMVS.

**A**Diuro te, quicumque es quietis hu-  
manæ perturbator, per Patrem ✠, &  
Filium ✠, & Spiritum ✠ sanctum, vt no-  
cere desinas huic domui, neque audeas  
malefacere frugibus & omnibus quæ in do-  
mo sunt, frumento, vino, oleo, lacti, butyro,  
caseis, ouis, vel animalibus, ceterisque om-  
nibus ad hanc domum pertinentibus. Hoc  
tibi